			Log coeff.
$\epsilon = \epsilon$	—	$2'' \cos r$	0, 30
	—	$48 \cos 2\eta$	1, 681
	+	$11 \cos(2\eta - r)$	1, 041
	+	$3 \cos(2\eta + r)$	0, 48
	+	$36 \cos(2\Phi - 2\pi)$	1, 556
	+	$9 \cos(2\Phi - 2\pi - r)$	0, 95
	+	$3 \cos(2\Phi - 2\pi + r)$	0, 48
	+	$23 \cos(2\Phi - 2\pi - 2r)$	1, 362
	+	$484 \cos(2\theta - 2\pi)$	2, 6848
	+	$9 \cos(4\theta - 4\pi)$	0, 95
	—	$5 \cos(2\theta - 2\pi - r)$	0, 70
	+	$5 \cos(2\theta - 2\pi - + r)$	0, 70
	—	$7 \cos(2\theta - 2\pi - s)$	0, 84
	—	$3 \cos(2\theta - 2\pi + s)$	0, 48

Tabula autem pro diſtantia lunae a terra, vnde eius parallaxis et diameter apparens definiatur, ex formulis ſupra exhibitis facile conſtruetur.

ADDI-

ıde eius formulis

ıDDI-

ADDITAMENTUM
CONTINENS ALIAS METHODOS
INUESTIGANDI MOTUS LUNAE INAEQUALITATES.

Qui methodum ante deſcriptam accuratius euoluerit, eam quidem in ſe ſpectatam ſatis bonam atque plerisque lunae inaequalitatibus definiendis aptam deprehendet; interim tamen fateri cogor, eam non ſolum maxime eſſe operoſam, ſed etiam ita comparatam, vt plures inaequalitates, quae tamen motum lunae imprimis afficere videntur, non ſatis exacte exhibeat, et quaſi in dubio relinquat. Cauſa huius incertitudinis manifeſto in hoc eſt ſita, quod omnes inaequalitates ita inter ſe ſunt connexae, vt nullius valor verus accurate definiri poſſit, quin ſimul reliquae inaequalitates omnes fuerint cognitae. Cum igitur eiusmodi methodo approximandi ſim vſus, vt primo quasdam inaequalitates tanquam cognitas aſſumſerim, ex quibus deinceps reliquas definiuerim, probe notandum eſt ab his inuentis iterum priores, quae erant aſſumtae, leuem quandam mutationem pati; quae ſi ſtatim ab initio nota fuiſſet, etiam reliquarum valores aliquantillum mutati prodiiſſent: at quaedam inaequalitates adeo ſunt lubricae, vt facta vel minima mutatione in iis, a quibus pendent, inde non exiguam alterationem trahant. Huc imprimis pertinet motus apogei, cuius inueſtigatio omnes omnino inaequa-

 litates

litates implicat, ita vt fine harum cognitione neutiquam accurate definiri queat.

Cum igitur haec methodus iftis tantis incommodis fit obnoxia, aliam maxime diuerfam tentaui viam, quae ab iis effet libera, etiamfi negare nequeam, etiam hanc fuis non carere incommodis, quae tamen prorfus alius funt generis. Ex quo confido his duabus diuerfis methodis combinandis haud exiguum fructum in veram motuum lunarium cognitionem effe redundaturum. Praecipuum autem difcrimen verfatur in electione anomaliae, quae in fuperiore methodo non ita eft affumta, vt diftantia lunae a terra fieret vel maxima vel minima, fi anomalia vel $=0$ vel $=180°$ ftatuatur: neque enim differentiale diftantiae dx euanefcit, quando finus anomaliae in nihilum abit, fed praeterea etiamnunc ab elongatione folis a luna feu angulo η pendet. Ita fecundum hanc methodum neque apogaeum lunae neque perigaeum ibi ftatuitur, ubi angulus, quem motus lunae directio cum radio vectore facit, eft rectus; fed plerumque in alia puncta incidunt, quae ab iis locis, vbi luna terrae vel eft proxima, vel ab ea maxime remota, notabiliter fint diuerfa. Etfi autem in hoc calculo non verae lineae abfidum pofitio confideratur, hinc tamen methodus minime vitiofa eft reputanda; propterea quod non eft quaeftio, quo nomine quaepiam orbitae lunaris puncta appellentur, dummodo cunctae inaequalitates recte exprimantur. Sed quoniam circa has ipfas inaequalitates nonnulla grauiora dubia funt orta, haud abs re fore arbitror, et alteram methodum hic proponere.

I. Sit

quam
modis
quae
hanc
alius
me-
ram
Prae-
oma-
, vt
, fi
nim
ano-
lon-
lum
gae-
lire-
que
ter-
ota-
ve-
me-
uod
aris
re-
ua-
re
Sit

I.

Sit igitur vt ante: Maffa folis $=\odot$; terrae $=\text{♁}$ et lunae $=☽$; atque vis attractiua terrae in diftantia d vt $\frac{1}{dd}-\frac{1}{bb}$; manente vi folis quadrato diftantiae exacte proportionali. Tum vero fit

Longitudo lunae $=\phi$; latitudo $=\psi$; et diftantia curtata $=x$

Longitudo folis $=\theta$; eiusque a terra diftantia $=y$

Longitudo nodi afcendentis lunae $=\pi$ et inclinatio ad eclipticam $=\varrho$

ac ponatur breuitatis ergo elongatio lunae a fole $\phi-\theta=\eta$ et diftantia $\sqrt{(xx\,\text{fec.}\,\psi^2-2xy\,\text{cof}\,\eta+yy)}=z$.

Quibus pofitis fupra §. 20. vidimus motum lunae his quatuor aequationibus contineri:

$$\text{I.}\quad 2dxd\phi+xdd\phi=-\tfrac{1}{2}dt^2.\odot\left(\frac{y}{z^3}-\frac{1}{yy}\right)\text{fin}\,\eta$$

$$\text{II.}\quad ddx-xd\phi^2=-\tfrac{1}{2}dt^2\,(\text{♁}+☽)\,\text{cof}\,\psi^3\left(\frac{1}{xx}-\frac{1}{bb}\right)$$
$$-\tfrac{1}{2}dt^2.\odot\left(\frac{x-y\,\text{cof}\,\eta}{z^3}+\frac{\text{cof}\,\eta}{yy}\right)$$

$$\text{III.}\quad d\pi=-\tfrac{1}{2}dt^2.\odot\left(\frac{y}{z^3}-\frac{1}{yy}\right)\frac{\text{fin}\,(\phi-\pi)\,\text{fin}\,(\theta-\pi)}{xd\phi}$$

$$\text{IV.}\quad dl\,\text{tang}\,\varrho=\frac{d\pi}{\text{tang}\,(\phi-\pi)},\ \text{et tang}\,\psi=\text{tg}\,\varrho\,\text{cof}(\phi-\pi)$$

vbi elementum temporis dt fumtum eft pro conftante.

 II. Qua-

II.

Quatenus hic motus solis ingreditur, is pro regulari atque regulis Kepleri conformi haberi poterit: habebimus ergo

$$2\,dy\,d\theta + y\,dd\theta = 0 \text{ et } ddy - y\,d\theta^2 = -\tfrac{1}{2}\,dt^2 . \frac{\odot + \text{♁}}{yy}$$

vnde si ponamus orbitae solaris: semiparametrum $= c$; excentricitatem $= e$ et anomaliam veram $= u$

erit $y = \frac{c}{1-e\cos u}$; $du = d\theta = \frac{dt}{yy}\sqrt{\tfrac{1}{2}c(\odot+\text{♁})}$

Sit a semiaxis transuersus orbitae solis, ac tempore $= t$ sol motu medio absoluat angulum $= \omega$, quo pro mensura temporis t vtamur; erit ergo $d\omega = \frac{dt}{aa}\sqrt{\tfrac{1}{2}a(\odot+\text{♁})}$

ideoque $\tfrac{1}{2}\,dt^2 = \frac{a^3\,d\omega^2}{\odot+\text{♁}}$. At est $a = \frac{c}{1-ee}$. Hinc ergo fit

$$du = d\theta = \frac{a\,d\omega}{yy}\sqrt{ac} = \frac{aa\,d\omega}{yy}\sqrt{(1-ee)} = \frac{d\omega(1-e\cos u)^2}{(1-ee)\sqrt{(1-ee)}}$$

sicque tam du quam $d\theta$ per elementum $d\omega$ loco temporis introductum expressimus. Quia autem massa solis $\odot$ massam terrae ♁ tam enormiter excedit, sine errore pro $\tfrac{1}{2}\,dt^2$ scribi poterit $\frac{a^3\,d\omega^2}{\odot}$, eruntque nostrae aequationes pro luna:

I. $2\,dx\,d\Phi + x\,dd\Phi = -a^3\,d\omega^2\left(\frac{y}{z^3} - \frac{1}{yy}\right)\sin\eta$

II. $ddx - x\,d\Phi^2 = -\frac{a^3(\text{♁}+☽)\,d\omega}{\odot}\cos\psi^3\left(\frac{1}{xx} - \frac{1}{bb}\right) - a^3\,d\omega^2\left(\frac{x - y\cos\eta}{z^3} + \frac{\cos\eta}{yy}\right)$

III. $d\pi$

ro regu- rit: ha- $\frac{\odot+\text{♁}}{yy}$ ano- $= u$ ore $= t$ o men- $(\odot+\text{♁})$ ergo fit $\cos u)^2$ $1-ee)$ tempo. solis $\odot$ ore pro uationes $x - \frac{1}{bb}$) III. $d\pi$

III. $d\pi = -\frac{a^3\,d\omega^2}{x\,d\Phi}\left(\frac{y}{z^3} - \frac{1}{yy}\right)\sin(\Phi-\pi)\sin(\theta-\pi)$

IV. $d.l\tan\rho = \frac{d\pi}{\text{tg}(\Phi-\pi)}$; atque ob $\text{tg}\,\psi = \text{tg}\,\rho\,\text{cs}(\Phi-\pi)$, habebitur proxime $\cos\psi^3 = 1 - \tfrac{3}{4}\,\text{tg}\,\rho^2 - \tfrac{3}{4}\,\text{tg}\,\rho^2\,\text{cs}\,2(\Phi-\pi)$.

III.

Incipiamus a duabus aequationibus prioribus, ac ponamus breuitatis gratia

$$a^3\left(\frac{y}{z^3} - \frac{1}{yy}\right)\sin\eta = M \text{ et}$$

$$\frac{a^3(\text{♁}+☽)}{\odot}\cos\psi^3\left(\frac{1}{xx} - \frac{1}{bb}\right) + a^3\left(\frac{x - y\cos\eta}{z^3} + \frac{\cos\eta}{yy}\right) = \frac{A}{xx} + N$$

quandoquidem haec posterior expressio terminum inuoluit formae $\frac{A}{xx}$ prae ceteris incomparabiliter maiorem; atque habebimus has duas aequationes:

$$2\,dx\,d\Phi + x\,dd\Phi = -M\,d\omega^2 \text{ et } ddx - x\,d\Phi^2 = -\frac{A\,d\omega^2}{xx} - N\,d\omega^2$$

quarum prior per $2x^3\,d\Phi$ multiplicata ob $d\omega$ constans habebit integrale:

$$x^4\,d\Phi^2 = -2\,d\omega^2 \int M x^3\,d\Phi$$

Tum prior multiplicata per $2x\,d\Phi$ addatur ad posteriorem per $2\,dx$ multiplicatam, eritque, aggregatum:

$$2x\,dx\,d\Phi^2 + 2xx\,d\Phi\,dd\Phi + 2\,dx\,ddx = -2Mx\,d\omega^2\,d\Phi - \frac{2A\,d\omega^2\,dx}{xx} - 2N\,d\omega^2\,dx$$

Cuius integrale erit:

$$dx^2 + xx\,d\Phi^2 = +\frac{2A\,d\omega^2}{x} - 2\,d\omega^2 \int(Mx\,d\Phi + N\,dx)$$

IV.

Ponantur formulae integrales, quae in his expressionibus insunt:

$$-\int Mx^3\, d\Phi = P \quad \text{et} \quad -\int (Mx\,d\Phi + N\,dx) = Q$$

vt habeamus has duas aequationes;

$$x^4\, d\Phi^2 = 2P\,d\omega^2 \quad \text{et} \quad dx^2 + xx\,d\Phi^2 = \frac{2A\,d\omega^2}{x} + 2Q\,d\omega^2$$

vnde cum sit $xx\,d\Phi^2 = \frac{2P\,d\omega^2}{xx}$ erit

$$dx^2 = 2d\omega^2\left(Q + \frac{A}{x} - \frac{P}{xx}\right) \quad \text{et} \quad dx = \pm d\omega \sqrt{2}\left(Q + \frac{A}{x} - \frac{P}{xx}\right)$$

sicque differentiale dx per $d\omega$ exprimitur. Deinde vero habetur

$$d\Phi = \frac{d\omega}{xx}\sqrt{2P}$$

estque per hypothesin:

$$dP = -Mx\,d\omega\sqrt{2P} \quad \text{et} \quad dQ = -\frac{M\,d\omega}{x}\sqrt{2P} \mp N\,d\omega\sqrt{2}\left(Q + \frac{A}{x} - \frac{P}{xx}\right)$$

vbi quidem signorum ambiguorum inferius locum habere statuamus, quia motum ab apogeo numerare in animo est, ita vt hinc exeundo distantia x minuatur.

V.

Cum igitur differentiale dx in apogeo et perigeo euanescat, necesse est vt his locis formula irrationalis $\sqrt{\left(Q + \frac{A}{x} - \frac{P}{xx}\right)}$ in nihilum abeat, in reliquis autem locis valorem sortiatur realem. Commodissime ergo haec formula per sinum cuiuspiam anguli v exhibebitur, qui cum in apogeo euanescat, in perigeo autem duobus rectis

xpres-
) = Q
Q dω²
- P/xx)
le ve-
A/x - P/xx)
m ha-
are in
ur.
erigeo
ionalis
m lo-
haec
, qui
us re-
ctis

ctis aequalis fiat, anomaliam lunae referet: idque sensu vero, ita vt distantia x in apogeo prodeat maxima, in perigeo vero minima. Sit igitur vt formam motus regularis sequamur:

semilatus rectum orbitae lunaris $= p$
excentricitas orbitae $= q$
et anomalia vera lunae $= v$

eritque hinc per eandem legem distantia $x = \frac{p}{1 - q\cos v}$.

Verum hic quantitates p et q, quae in motu regulari essent constantes, nunc pro variabilibus sunt habendae, earumque variabilitas per variabilitatem quantitatum P et Q, quae in motu regulari itidem sunt constantes, determinari debebit.

VI.

Substituamus ergo valorem assumtum $x = \frac{p}{1 - q\cos v}$ in formula irrationali $\sqrt{\left(Q + \frac{A}{x} - \frac{P}{xx}\right)}$, quae abibit in

$$\frac{1}{p}\sqrt{(Qpp + Ap(1 - q\cos v) - P(1 - q\cos v)^2)}$$

et euoluta dabit

$$\frac{1}{p}\sqrt{(Qpp + Ap - P - Apq\cos v + 2Pq\cos v - Pqq\cos v^2)}$$

quae vt reducatur ad formam V sin v, statuatur

primo $2P - Ap = 0$
tum vero $Qpp + Ap - P = Pqq$

ac nostra formula fiet $= \frac{1}{p}\sqrt{Pqq \sin v^2} = \frac{q \sin v}{p}\sqrt{P}$, habebimusque

$$dx = -\frac{q\,d\omega\,\text{fin}\,v}{p}\sqrt{2P} \quad \text{et}$$

$$dQ = -\frac{M\,d\omega}{x}\sqrt{2P} + \frac{N\,q\,d\omega\,\text{fin}\,v}{p}\sqrt{2P}$$

VII.

Cum iam fit $2P - Ap = o$; erit $P = \frac{1}{2}Ap$: quo valore in altera formula fubftituto orietur:

$$Qpp + \tfrac{1}{2}Ap = \tfrac{1}{2}Apqq \quad \text{feu} \quad Q = -\frac{A}{2p}(1-qq)$$

Sumantur nunc differentialia; eritque $dP = -Mx\,d\omega\sqrt{2P} = \frac{1}{2}A\,dp$, quae ob $2P = Ap$ abit in hanc

$$-Mx\,d\omega\sqrt{Ap} = \tfrac{1}{2}A\,dp, \text{ fiue } dp = -\frac{2Mx\,d\omega}{A}\sqrt{Ap}$$

vel etiam $\sqrt{Ap} = -\int Mx\,d\omega$

Simili modo erit

$$dQ = +\frac{A\,dp(1-qq)}{2pp} + \frac{Aq\,dq}{p} = -\frac{Mx\,d\omega(1-qq)}{pp}\sqrt{Ap} + \frac{Aq\,dq}{p}$$

ideoque

$$\frac{Aq\,dq}{p} = M\,d\omega\left(\frac{x(1-qq)}{pp} - \frac{1}{x}\right)\sqrt{Ap} + \frac{Nq\,d\omega\,\text{fin}\,v}{p}\sqrt{Ap}$$

$$\text{At eft } \frac{x(1-qq)}{pp} - \frac{1}{x} = \frac{x}{pp}\left(1-qq-\frac{pp}{xx}\right) = \frac{x}{pp}(1-qq-1+2q\,\text{cof}\,v-qq\,\text{cof}\,v^2)$$

$$\text{fiue} \quad \frac{x(1-qq)}{pp} - \frac{1}{x} = \frac{qx}{pp}(2\,\text{cof}\,v - q - q\,\text{cof}\,v^2)$$

Hinc ergo colligitur:

$$dq = \frac{Mx\,d\omega}{Ap}(2\,\text{cof}\,v - q - q\,\text{cof}\,v^2)\sqrt{Ap} + \frac{N\,d\omega\,\text{fin}\,v}{A}\sqrt{Ap} \text{ fiue}$$

$$dq = d\omega\left(\frac{M}{A}\left(2\,\text{cof}\,v - \frac{q\,\text{fin}\,v^2}{1-q\,\text{cof}\,v}\right) + \frac{N}{A}\,\text{fin}\,v\right)\sqrt{Ap}$$

VIII.

VIII.

Inuenta iam relatione differentialium dx, dp et dq ad differentiale temporis $d\omega$ fcilicet:

$$dx = -\frac{q\,d\omega\,\text{fin}\,v}{q}\sqrt{Ap}; \quad dp = -\frac{2Mx\,d\omega}{A}\sqrt{Ap}$$

$$\text{et } dq = d\omega\left(\frac{M}{A}\left(2\,\text{cof}\,v - \frac{q\,\text{fin}\,v^2}{1-q\,\text{cof}\,v}\right) + \frac{N}{A}\,\text{fin}\,v\right)\sqrt{Ap}$$

fupereft, vt quoque relationem elementi anomaliae dv definiamus. Cum igitur fit

$$x = \frac{p}{1-q\,\text{cof}\,v}, \text{ erit } 1 - q\,\text{cof}\,v = \frac{p}{x}; \text{ hincque differentiando}$$

$$q\,dv\,\text{fin}\,v = dq\,\text{cof}\,v + \frac{dp}{x} - \frac{p\,dx}{xx};$$

fubftituantur valores pro dq, dp et dx inuenti; ac diuifione facta per $q\,\text{fin}\,v$ prodibit

$$dv = \frac{d\omega}{xx}\sqrt{Ap} - \frac{d\omega}{q}\left(\frac{M}{A}\left(2\,\text{fin}\,v + \frac{q\,\text{fin}\,v\,\text{cof}\,v}{1-q\,\text{cof}\,v}\right) - \frac{N}{A}\,\text{cof}\,v\right)\sqrt{Ap}$$

Pro elemento autem longitudinis $d\Phi$ ob $2P = Ap$, ex antecedentibus habemus:

$$d\Phi = \frac{d\omega}{xx}\sqrt{Ap} = \frac{d\omega(1-q\,\text{cof}\,v)^2}{pp}\sqrt{Ap}$$

IX.

Ex his formulis ftatim fe offert motus apogei; cum enim longitudo apogei fit $= \Phi - v$, erit eius differentiale pro tempufculo $d\omega$:

$$d\Phi - dv = \frac{d\omega}{q}\left(\frac{M}{A}\left(2\,\text{fin}\,v + \frac{q\,\text{fin}\,v\,\text{cof}\,v}{1-q\,\text{cof}\,v}\right) - \frac{N}{A}\,\text{cof}\,v\right)\sqrt{Ap}$$

cuius ergo integrale praebebit verum motum apogei cum omnibus inaequalitatibus, quibus perturbatur. Vnde qui-

quidem perſpicitur, quod per ſe eſt manifeſtum, ſi quantitates M et N euaneſcerent, motum apogei fore nullum, ſeu apogeum perpetuo in loco fixo eſſe permanſurum. Deinde etiam iuuabit notaſſe has formulas:

$$d.\, q \cos v = -q\, d\Phi \sin v + \frac{2M}{A}\, d\omega \sqrt{Ap}$$

$$d.\, q \sin v = +q\, d\Phi \cos v + d\omega\left(\frac{N}{A} - \frac{M}{A} \cdot \frac{q \sin v}{1 - q\cos v}\right)\sqrt{Ap}$$

Tandem quoque habemus ex motu ſolis $du = d\theta = \frac{d\omega\,(1 - e\cos u)^2}{(1-ee)\sqrt{(1-ee)}}$ ideoque

$$d\eta = d\Phi - d\theta = d\omega\left(\frac{(1-q\cos v}{pp}\sqrt{Ap} - \frac{(1 - e\cos u)^2}{(1-ee)\sqrt{(1-ee)}}\right)$$

X.

Inuentis nunc omnium differentialium relationibus ad elementum temporis $d\omega$, euoluamus valores litterarum M et N, ac primo quidem cum ſit $z = \sqrt{(yy - 2xy\cos\eta + xx \sec.\psi^2)}$; quoniam quantitas z nonniſi in terminis minimis occurrit, pro ſec. ψ tuto unitas ſcribi poterit, et quia y tantopere excedit x, erit proxime

$$\frac{1}{z^3} = \frac{1}{y^3} + \frac{3x}{y^4}\cos\eta + \frac{3xx}{2y^5}(5\cos\eta^2 - 1) \quad \text{ſiue}$$

$$\frac{1}{z^3} = \frac{1}{y^3} + \frac{3x}{y^4}\cos\eta + \frac{3xx}{4y^5}(3 + 5\cos 2\eta)$$

Ideoque hinc habebitur:

$$\frac{y}{z^3} - \frac{1}{yy} = \frac{3x}{y^3}\cos\eta + \frac{3xx}{4y^4}(3 + 5\cos 2\eta)$$

Vnde

um, ſi
i fore
e per-
ulas:
)VAp
dθ =
)
nibus
ttera-
itas z
nitas
xime
iue
'nde

Vnde obtinemus:

$$M = a^3\left(\frac{3x}{2y^3}\sin 2\eta + \frac{3xx}{8y^4}(\sin\eta + 5\sin 3\eta)\right)$$

$$N = \frac{a^3(\text{♁} + \text{☽})}{\odot}\cos\psi^3\left(\frac{1}{xx} - \frac{1}{bb}\right) - \frac{A}{xx}$$

$$- a^3\left(\frac{x}{2y^3}(1 + 3\cos 2\eta) + \frac{3xx}{8y^4}(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)\right)$$

XI.

Cum ſit proxime $\cos\psi^3 = 1 - \frac{1}{2}\tan\rho^2 - \frac{1}{2}\tan\rho^2\cos 2(\Phi - \pi)$, eius valor vnitate erit minor, atque ex parte conſtante, et parte variabili conſtabit, quae illa multo erit minor. Ponatur ergo

$\cos\psi^3 = \lambda + \Pi$; vt ſit $\Pi = 1 - \lambda - \frac{1}{2}\tan\rho^2 - \frac{1}{2}\tan\rho^2\cos 2(\Phi - \pi)$

vbi λ denotat partem conſtantem vnitate proxime aequalem, Π vero partem variabilem.

Erit ergo:

$$N = \frac{\lambda a^3(\text{♁} + \text{☽})}{\odot}\left(\frac{1}{xx} - \frac{1}{bb}\right) - \frac{A}{xx} + \frac{a^3(\text{♁} + \text{☽})}{\odot}\Pi\left(\frac{1}{xx} - \frac{1}{bb}\right)$$

$$- a^3\left(\frac{x}{2y^3}(1 + 3\cos 2\eta) + \frac{3xx}{8y^4}(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)\right)$$

Statuatur nunc $A = \frac{\lambda a^3(\text{♁} + \text{☽})}{\odot}$; vt fiat

$$N = -\frac{A}{bb} + A\Pi\left(\frac{1}{xx} - \frac{1}{bb}\right)$$

$$- a^3\left(\frac{x}{2y^3}(1 + 3\cos 2\eta) + \frac{3xx}{8y^4}(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)\right)$$

ac

ac ponatur breuitatis gratia: $p = b(1+\xi)$

erit $\dfrac{\sqrt{Ap}}{pp} = \sqrt{\dfrac{A}{b^3(1+\xi)^3}} = (1 - \tfrac{3}{2}\xi + \tfrac{15}{8}\xi^2)\sqrt{\dfrac{A}{b^3}}$

ob ξ prae 1 vehementer paruum, ſitque porro:

$$\sqrt{\frac{A}{b^3}} = \sqrt{\frac{\lambda a^3(\text{♁}+\text{☽})}{\odot}} = m,$$

atque habebitur $d\Phi = m\,d\omega\,(1 - \tfrac{3}{2}\xi + \tfrac{15}{8}\xi^2)(1 - q\cos v)^2$

XII.

Subſtituantur nunc pro x et y valores $\dfrac{p}{1-q\cos v}$ et $\dfrac{c}{1-e\cos u}$, eritque

$$M = a^3\left(\frac{3p(1-e\cos u)^3}{2c^3(1-q\cos v)}\sin 2\eta + \frac{3pp(1-e\cos u)^4}{8c^4(1-q\cos v)^2}(\sin\eta + 5\sin 3\eta)\right)$$

$$N = -\frac{A}{bb} + A\Pi\left(\frac{(1-q\cos v)^2}{pp} - \frac{1}{bb}\right)$$

$$-a^3\left(\frac{p(1-e\cos u)^3}{2c^3(1-q\cos v)}(1+3\cos 2\eta) + \frac{3pp(1-e\cos u)^4}{8c^4(1-q\cos v)^2}(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)\right)$$

vbi quidem quoque terminus $\dfrac{A\Pi}{bb}$ prae termino $\dfrac{A}{bb}$ omitti poteſt. Nunc vt hinc valores $\dfrac{M}{A}\sqrt{Ap}$ et $\dfrac{N}{A}\sqrt{Ap}$ commode exprimantur, erit

$$\frac{a^3 b}{Ac^3}\sqrt{Ab} = \frac{a^3}{mc^3} = \frac{1}{m(1-ee)^3} = \frac{1+3ee}{m}$$

quoniam in his terminis minimis pro $1-ee$ ſcribere licet 1. Tum vero ſit $\dfrac{b}{c} = n$, eritque n fractio valde parua.

XIII.

XIII.

Factis ergo his ſubſtitutionibus, ob $p = b(1+\xi)$ habebimus:

$$\frac{M}{A}\sqrt{Ap} = \frac{3(1+3ee)}{2m}\frac{(1-e\cos u)^3}{1-q\cos v}(1+\tfrac{1}{2}\xi)\sin 2\eta$$

$$+\frac{3n}{8m}\frac{(1-e\cos u)^4}{(1-q\cos v)^2}(1+\tfrac{5}{2}\xi)(\sin\eta + 5\sin 3\eta)$$

Pro altera valore $\dfrac{N}{A}\sqrt{Ap}$ ſtatuatur terminus minimus:

$$\frac{\sqrt{Ab}}{bb} = \sqrt{\frac{\lambda a^3 b(\text{♁}+\text{☽})}{\odot b^4}} = i\ ; \text{ eritque}$$

$$\frac{N}{A}\sqrt{Ap} = -\frac{(1+3ee)}{2m}\frac{(1-e\cos u)^3}{1-q\cos v}(1+\tfrac{3}{2}\xi)(1+3\cos 2\eta)$$

$$-\frac{3n}{8m}\frac{(1-e\cos u)^4}{(1-q\cos v)^2}(1+\tfrac{5}{2}\xi)(3\cos\eta + 5\cos 3\eta)$$

$$+m(1-q\cos v)^2(1-\tfrac{3}{2}\xi)\Pi - i$$

vbi notari oportet, terminos per n multiplicatos ratione praecedentium eſſe minimos; tum vero quantitates ξ et Π atque multo magis i eſſe fractiones prae vnitate fere euaneſcentes.

XIV.

Quoniam hi ipſi termini quantitates M et N inuoluentes ſunt valde parui, in iis ſine errore altiores poteſtates vtriusque excentricitatis q et e negligi posſunt. In terminis ergo primis ſimpliciter per m diuiſis excentricitates tantum ad duas dimenſiones introducanducantur, in terminis autem per $\frac{n}{m}$ multiplicatis penitus omittantur, quia fractio n iam fere quadrato excentricitatis q aequiualet. In termino autem littera minima Π affecto, quia is per numerum m fatis magnum, vtpote 13 fere, est multiplicatus, excentricitas q vnius dimensionis retineatur.

His obferuatis habebimus:

$$\frac{M}{A}\sqrt{}Ap = \begin{cases} +\frac{3}{2m}(1+\frac{3}{2}ee+\frac{1}{2}qq)\sin 2\eta + \frac{3q}{4m}\sin(2\eta-v) \\ +\frac{3q}{4m}\sin(2\eta+v) - \frac{9e}{4m}\sin(2\eta-u) - \frac{9e}{4m}\sin(2\eta+u) \\ +\frac{3qq}{8m}\sin(2\eta-2v) + \frac{3qq}{8m}\sin(2\eta+2v) \\ +\frac{9ee}{8m}\sin(2\eta-2u) + \frac{9ee}{8m}\sin(2\eta+2u) \\ -\frac{9eq}{8m}\sin(2\eta-v+u) - \frac{9eq}{8m}\sin(2\eta+v-u) \\ -\frac{9eq}{8m}\sin(2\eta-v-u) - \frac{9eq}{8m}\sin(2\eta+v+u) \\ +\frac{9}{4m}\xi\sin 2\eta + \frac{9}{8m}q\xi\sin(2\eta-v) + \frac{9}{8m}q\xi\sin(2\eta+v) \\ -\frac{27}{8m}e\xi\sin(2\eta-u) - \frac{27}{8m}e\xi\sin(2\eta+u) \\ +\frac{3n}{8m}\sin\eta + \frac{15n}{8m}\sin 3\eta \end{cases}$$

$\frac{N}{A}\sqrt{}Ap=$

$$\frac{N}{A}\sqrt{}Ap = \begin{cases} -\frac{1}{2m}(1+\frac{3}{2}ee+\frac{1}{2}qq) - \frac{3}{2m}(1+\frac{3}{2}ee+\frac{1}{2}qq)\cos 2\eta \\ -\frac{q}{2m}\cos v + \frac{3e}{2m}\cos u \\ -\frac{3q}{4m}\cos(2\eta-v) - \frac{3q}{4m}\cos(2\eta+v) \\ +\frac{9e}{4m}\cos(2\eta-u) + \frac{9e}{4m}\cos(2\eta+u) \\ -\frac{qq}{4m}\cos 2v + \frac{3eq}{4m}\cos(v-u) + \frac{3eq}{4m}\cos(v+u) \\ -\frac{3ee}{4m}\cos 2u \\ -\frac{3qq}{8m}\cos(2\eta-2v) - \frac{3qq}{8m}\cos(2\eta+2v) \\ -\frac{9ee}{8m}\cos(2\eta-2u) - \frac{9ee}{8m}\cos(2\eta+2u) \\ +\frac{9eq}{8m}\cos(2\eta-v+u) + \frac{9eq}{8m}\cos(2\eta+v-u) \\ +\frac{9eq}{8m}\cos(2\eta-v-u) + \frac{9eq}{8m}\cos(2\eta+v+u) \\ -\frac{3}{4m}\xi - \frac{9}{4m}\xi\cos 2\eta - \frac{3q}{8m}\xi\cos v \\ -\frac{9q}{8m}\xi\cos(2\eta-v) - \frac{9q}{8m}\xi\cos(2\eta+v) \\ +\frac{9e}{4m}\xi\cos u + \frac{27e}{8m}\xi\cos(2\eta-u) \\ +\frac{27e}{8m}\xi\cos(2\eta+u) - \frac{9n}{8m}\cos\eta - \frac{15n}{8m}\cos 3\eta \\ +m\Pi - 2mq\Pi\cos v - \frac{3}{2}m\xi\Pi - i \end{cases}$$

XV.

XV.

Quaeramus igitur valores euolutos noſtrorum differentialium ad elementum temporis applicatorum: ac primo quidem habebimus:

$$\frac{d\Phi}{d\omega} = m\left(1+\tfrac{3}{2}qq\right) - 2mq\cos v + \tfrac{1}{2}mqq\cos 2v - \tfrac{3}{2}m\left(1+\tfrac{3}{2}qq\right)\xi + 3mq\xi\cos v - \tfrac{3}{4}mqq\xi\cos 2v + \tfrac{15}{8}m\xi\xi$$

$$\frac{du}{d\omega} = \frac{d\theta}{d\omega} = 1 + 2ee - 2e\cos u + \tfrac{1}{2}ee\cos 2u;$$ vnde concludimus

$$\frac{d\eta}{d\omega} = m\left(1+\tfrac{3}{2}qq\right) - 1 - 2ee - 2mq\cos v + 2e\cos u + \tfrac{1}{2}mqq\cos 2v - \tfrac{1}{2}ee\cos 2u - \tfrac{3}{2}m\left(1+\tfrac{3}{2}qq\right)\xi + 3mq\xi\cos v - \tfrac{3}{4}mqq\xi\cos 2v + \tfrac{15}{8}m\xi\xi$$

Deinde cum ſit $\frac{dp}{d\omega} = -2x.\frac{M}{A}\sqrt{Ap} = -\frac{2b(1+\xi)}{1-q\cos v}.\frac{M}{A}\sqrt{Ap}$, ob $p = b(1+\xi)$ erit $\frac{d\xi}{d\omega} =$

$$\left(-2\left(1+\tfrac{1}{2}qq\right) - 2q\cos v - qq\cos 2v - 2\xi - 2q\xi\cos v\right)\frac{M}{A}\sqrt{Ap}$$

ac valorem pro $\frac{M}{A}\sqrt{Ap}$ inuentum ſubſtituendo obtinebimus ſequentes formulas:

$\frac{d\xi}{d\omega} =$

$$\frac{d\xi}{d\omega} = \begin{cases} -\frac{3}{m}\left(1+\tfrac{5}{2}ee+\tfrac{3}{2}qq\right)\sin 2\eta - \frac{3q}{m}\sin(2\eta-v) - \frac{3q}{m}\sin(2\eta+v) \\ +\frac{9e}{2m}\sin(2\eta-u) + \frac{9e}{2m}\sin(2\eta+u) \\ -\frac{9qq}{4m}\sin(2\eta-2v) - \frac{9qq}{4m}\sin(2\eta+2v) \\ -\frac{9ee}{4m}\sin(2\eta-2u) - \frac{9ee}{4m}\sin(2\eta+2u) \\ +\frac{9eq}{2m}\sin(2\eta-v+u) + \frac{9eq}{2m}\sin(2\eta+v-u) \\ +\frac{9eq}{2m}\sin(2\eta-v-u) + \frac{9eq}{2m}\sin(2\eta+v+u) \\ -\frac{15}{2m}\xi\sin 2\eta - \frac{15q}{2m}\xi\sin(2\eta-v) - \frac{15q}{2m}\xi\sin(2\eta+v) \\ +\frac{45e}{4m}\xi\sin(2\eta-u) + \frac{45e}{4m}\xi\sin(2\eta+u) \\ -\frac{3n}{4m}\sin\eta - \frac{15n}{4m}\sin 3\eta \end{cases}$$

XVI.

Porro cum ſit $\frac{q\sin v^2}{1-q\cos v} = \frac{q-q\cos 2v}{2(1-q\cos v)} = \tfrac{1}{2}q - \tfrac{1}{2}q\cos 2v + \tfrac{1}{4}qq\cos v - \tfrac{1}{4}qq\cos 3v$; erit

$$\frac{dq}{d\omega} = \left(2\cos v - \tfrac{1}{2}q + \tfrac{1}{2}q\cos 2v - \tfrac{1}{4}qq\cos v + \tfrac{1}{4}qq\cos 3v\right)\frac{M}{A}\sqrt{Ap} + \sin v.\frac{N}{A}\sqrt{Ap}$$

Facta ergo ſubſtitutione valorum pro $\frac{M}{A}\sqrt{Ap}$ et $\frac{N}{A}\sqrt{Ap}$ inuentorum, habebitur:

$\frac{dq}{d\omega} =$

$$\frac{d\eta}{d\omega} = \begin{cases}
+\frac{9}{4m}(1+\frac{9}{2}ee+\frac{15}{2}qq)\sin(2\eta-v)+\frac{3}{4m}(1+\frac{3}{2}ee+\frac{3}{4}qq) \\
\quad \sin(2\eta+v)-\frac{1}{2m}(1+\frac{3}{2}ee+\frac{1}{4}qq)\sin v \\
+\frac{3q}{4m}\sin 2\eta+\frac{3q}{2m}\sin(2\eta-2v)+\frac{3q}{4m}\sin(2\eta+2v)-\frac{q}{4m}\sin 2v \\
-\frac{27e}{8m}\sin(2\eta-v-u)-\frac{27e}{8m}\sin(2\eta-v+u)-\frac{9e}{8m}\sin(2\eta+v-u) \\
-\frac{9e}{8m}\sin(2\eta+v+u)+\frac{3e}{4m}\sin(v-u)+\frac{3e}{4m}\sin(v+u) \\
+\frac{159q}{16m}\sin(2\eta-3v)+\frac{99q}{16m}\sin(2\eta+3v)-\frac{qq}{8m}\sin 3v \\
-\frac{9eq}{8m}\sin(2\eta-u)-\frac{9eq}{8m}\sin(2\eta+u)-\frac{9eq}{4m}\sin(2\eta-2v+u) \\
-\frac{9eq}{4m}\sin(2\eta-2v-u)-\frac{9eq}{8m}\sin(2\eta+2v-u)-\frac{9eq}{8m}\sin(2\eta+2v+u) \\
+\frac{27ee}{16m}\sin(2\eta-v-2u)+\frac{27ee}{16m}\sin(2\eta-v+2u) \\
+\frac{9ee}{16m}\sin(2\eta+v-2u)+\frac{9ee}{16m}\sin(2\eta+v+2u) \\
+\frac{3eq}{8m}\sin(2v-u)+\frac{3eq}{8m}\sin(2v+u) \\
-\frac{3ee}{8m}\sin(v-2u)-\frac{3ee}{8m}\sin(v+2u) \\
+\frac{27}{8m}\xi\sin(2\eta-v)+\frac{9}{8m}\xi\sin(2\eta+v)-\frac{3}{4m}\xi\sin v
\end{cases}$$

$+\frac{9q}{8m}$

$$\begin{cases}
+\frac{9q}{8m}\xi\sin 2\eta+\frac{9q}{4m}\xi\sin(2\eta-2v)+\frac{9q}{8m}\xi\sin(2\eta+2v) \\
-\frac{3q}{8m}\xi\sin 2v+\frac{9e}{8m}\xi\sin(v-u)+\frac{9e}{8m}\xi\sin(v+u) \\
-\frac{81e}{16m}\xi\sin(2\eta-v-u)-\frac{81e}{16m}\xi\sin(2\eta-v+u) \\
-\frac{27e}{16}\xi\sin(2\eta+v-u)-\frac{27e}{16m}\xi\sin(2\eta+v+u) \\
+\frac{15n}{16m}\sin(\eta-v)-\frac{3n}{16m}\sin(\eta+v) \\
+\frac{45n}{16m}\sin(3\eta-v)+\frac{15n}{16m}\sin(3\eta+v) \\
+m\Pi\sin v-mq\Pi\sin 2v-\frac{3}{2}m\xi\Pi\sin v-i\sin v
\end{cases}$$

XVII.

Deinde cum sit $\frac{q\sin v\cos v}{1-q\cos v}=\frac{q\sin 2v}{2(1-q\cos v)}=$ $=\frac{1}{2}q\sin 2v+\frac{1}{4}qq\sin v+\frac{1}{4}qq\sin 3v$; erit pro motu elementari apogei:

$$\frac{q(d\Phi-dv)}{d\omega}=(2\sin v+\frac{1}{2}q\sin 2v+\frac{1}{4}qq\sin v$$
$$+\frac{1}{4}qq\sin 3v)\frac{M}{A}\sqrt{Ap}-\cos v.\frac{N}{A}\sqrt{Ap}$$

ac facta substitutione obtinebitur:

$\frac{q(d\Phi-dv)}{d\omega}=$

$$\frac{q(d\Phi-dv)}{d\omega}=\left\{\begin{aligned}
&+\tfrac{9}{4m}(1+\tfrac{3}{2}ee+\tfrac{7}{12}qq)\operatorname{cos}(2\eta-v)-\tfrac{3}{4m}(1+\tfrac{3}{2}ee+\tfrac{3}{4}qq)\\
&\qquad\operatorname{cos}(2\eta+v)+\tfrac{1}{2m}(1+\tfrac{3}{2}ee+\tfrac{3}{4}qq)\operatorname{cos}v\\
&+\tfrac{3q}{4m}\operatorname{cos}2\eta+\tfrac{3q}{2m}\operatorname{cos}(2\eta-2v)-\tfrac{3q}{4m}\operatorname{cos}(2\eta+2v)\\
&+\tfrac{q}{4m}\operatorname{cos}2v+\tfrac{q}{4m}-\tfrac{3e}{4m}\operatorname{cos}(v-u)-\tfrac{3e}{4m}\operatorname{cos}(v+u)\\
&-\tfrac{27e}{8m}\operatorname{cos}(2\eta-v-u)-\tfrac{27e}{8m}\operatorname{cos}(2\eta-v+u)\\
&+\tfrac{9e}{8m}\operatorname{cos}(2\eta+v-u)+\tfrac{9e}{8m}\operatorname{cos}(2\eta+v+u)\\
&+\tfrac{15qq}{16m}\operatorname{cos}(2\eta-3v)-\tfrac{9qq}{16m}\operatorname{cos}(2\eta+3v)+\tfrac{qq}{8m}\operatorname{cos}3v\\
&-\tfrac{9eq}{8m}\operatorname{cos}(2\eta-u)-\tfrac{9eq}{8m}\operatorname{cos}(2\eta+u)-\tfrac{3eq}{4m}\operatorname{cos}u\\
&-\tfrac{3eq}{8m}\operatorname{cos}(2v-u)-\tfrac{3eq}{8m}\operatorname{cos}(2v+u)\\
&-\tfrac{9eq}{4m}\operatorname{cos}(2\eta-2v+u)-\tfrac{9eq}{4m}\operatorname{cos}(2\eta-2v-u)\\
&+\tfrac{9eq}{8m}\operatorname{cos}(2\eta+2v-u)+\tfrac{9eq}{8m}\operatorname{cos}(2\eta+2v+u)\\
&+\tfrac{27ee}{16m}\operatorname{cos}(2\eta-v-2u)+\tfrac{27ee}{16m}\operatorname{cos}(2\eta-v+2u)\\
&-\tfrac{9ee}{16m}\operatorname{cos}(2\eta+v-2u)-\tfrac{9ee}{16m}\operatorname{cos}(2\eta+v+2u)\\
&+\tfrac{3ee}{8m}\operatorname{cos}(v-2u)+\tfrac{3ee}{8m}\operatorname{cos}(v+2u)
\end{aligned}\right.$$

$+\frac{27}{8m}$

$$\left|\begin{aligned}
&+\tfrac{27}{8m}\xi\operatorname{cos}(2\eta-v)-\tfrac{9}{8m}\xi\operatorname{cos}(2\eta+v)+\tfrac{3}{4m}\xi\operatorname{cos}v\\
&+\tfrac{9q}{8m}\xi\operatorname{cos}2\eta+\tfrac{9q}{4m}\xi\operatorname{cos}(2\eta-2v)-\tfrac{9q}{8m}\xi\operatorname{cos}(2\eta+2v)\\
&+\tfrac{3q}{8m}\xi+\tfrac{3q}{8m}\ \xi\operatorname{cos}2v\\
&-\tfrac{81e}{16m}\xi\operatorname{cos}(2\eta-v-u)+\tfrac{27e}{16m}\xi\operatorname{cos}(2\eta+v-u)\\
&-\tfrac{81e}{16m}\xi\operatorname{cos}(2\eta-v+u)+\tfrac{27e}{16m}\xi\operatorname{cos}(2\eta+v+u)\\
&-\tfrac{9e}{8m}\xi\operatorname{cos}(v-u)-\tfrac{9e}{8m}\xi\operatorname{cos}(v+u)\\
&+\tfrac{15n}{16m}\operatorname{cos}(\eta-v)+\tfrac{3n}{16m}\operatorname{cos}(\eta+v)\\
&+\tfrac{45n}{16m}\operatorname{cos}(3\eta-v)-\tfrac{15n}{16m}\operatorname{cos}(3\eta+v)\\
&-m\Pi\operatorname{cos}v+mq\Pi+mq\Pi\operatorname{cos}2v+\tfrac{3}{2}m\xi\Pi\operatorname{cos}v+i\operatorname{cos}v
\end{aligned}\right.$$

XVIII.

Euoluamus simili modo valorem differentialium dx et $d\varphi$, et cum sit $\frac{y}{x^3}-\frac{1}{yy}=\frac{3x}{y^3}\operatorname{cos}\eta+\frac{3xx}{4y^4}(3+5\operatorname{cos}2\eta)$ et $d\Phi=\frac{d\omega}{xx}\sqrt{Ap}$; erit

$$dx=-\frac{a^3xd\omega}{\sqrt{Ap}}\left(\frac{3x}{y^3}\operatorname{cos}\eta+\frac{3xx}{4y^4}(3+5\operatorname{cos}2\eta)\right)\operatorname{sin}(\theta-\pi)\operatorname{sin}(\Phi-\pi)$$

Substitutis autem valoribus $x=\frac{p}{1-q\operatorname{cos}v}$, $y=\frac{c}{1-e\operatorname{cos}u}$; $p=b(1+\xi)$; $\sqrt{Ap}=m\sqrt{b^3p}=mbb(1+\tfrac{1}{2}\xi)$, $\frac{a^3}{c^3}=\frac{1}{(1-ee)^3}=1+3ee$ et $\frac{b}{c}=n$, erit

$$dx=-\frac{d\omega\operatorname{sin}(\theta-\pi)\operatorname{sin}(\Phi-\pi)}{m}\left[\frac{3(1+\tfrac{3}{2}\xi)(1+3ee)(1-e\operatorname{cos}u)^3}{(1-q\operatorname{cos}v)^2}\operatorname{cos}\eta+\tfrac{1}{4}n(3+5\operatorname{cos}2\eta)\right]$$

 Negle-

+⅞qq) +2v) v+u) u)))ſ3v u Euolu et cum f dx=-: Subſtitu √Ap=n dx=-du 27/m

Neglectis igitur terminis, qui nullum valorem sensibilem continent, habebimus

$$\frac{d\pi}{d\omega} = \left\{ \begin{array}{l} -\frac{3}{4m}(1+\frac{9}{2}ee+\frac{3}{2}qq) - \frac{3}{4m}(1+\frac{9}{2}ee+\frac{3}{2}qq)\cos 2\eta \\ +\frac{3}{4m}(1+\frac{9}{2}ee+\frac{3}{2}qq)\cos 2(\Phi-\pi) + \frac{3}{4m}(1+\frac{9}{2}ee+\frac{3}{2}qq)\cos 2(\theta-\pi) \\ -\frac{3q}{2m}\cos v - \frac{3q}{4m}\cos(2\eta-v) - \frac{3q}{4m}\cos(2\eta+v) \\ +\frac{9e}{4m}\cos u + \frac{9e}{8m}\cos(2\eta-u) + \frac{9e}{8m}\cos(2\eta+u). \\ +\frac{3q}{4m}\cos(2\Phi-2\pi-v) + \frac{3q}{4m}\cos(2\Phi-2\pi+v) \\ +\frac{3q}{4m}\cos(2\theta-2\pi-v) + \frac{3q}{4m}\cos(2\theta-2\pi+v) \\ -\frac{9e}{8m}\cos(2\Phi-2\pi-u) - \frac{9e}{8m}\cos(2\Phi-2\pi+u) \\ -\frac{9e}{8m}\cos(2\theta-2\pi-u) - \frac{9e}{8m}\cos(2\theta-2\pi+u) \\ -\frac{9}{8m}\xi - \frac{9}{8m}\xi\cos 2\eta \\ +\frac{9}{8m}\xi\cos(2\Phi-2\pi) + \frac{9}{8m}\xi\cos(2\theta-2\pi) \\ -\frac{11n}{16m}\cos\eta + \frac{3n}{8m}\cos(\Phi+\theta-2\pi) - \frac{5n}{16m}\cos 3\eta \\ +\frac{5n}{16m}\cos(3\Phi-\theta-2\pi) + \frac{5n}{16m}\cos(3\theta-\Phi-2\pi) \end{array} \right.$$

XIX.

Sim ... sibi-
tang (Φ·
tangentis ... ſ 2η
-π)
v)
u).
d.ltang ϱ / dω

XIX.

Simili autem modo praecedentem valorem per tang $(\Phi-\pi)$ diuidendo prodibit differentiale logarithmi tangentis inclinationis ϱ, erit enim

$$\frac{d.l\,\mathrm{tang}\,\varrho}{d\omega} = \left\{ \begin{array}{l} +\frac{3}{4m}(1+\frac{9}{2}ee+\frac{3}{2}qq)\sin 2\eta - \frac{3}{4m}(1+\frac{9}{2}ee+\frac{3}{2}qq) \\ \qquad \sin 2(\Phi-\pi) - \frac{3}{4m}(1+\frac{9}{2}ee+\frac{3}{2}qq)\sin 2(\theta-\pi) \\ +\frac{3q}{4m}\sin(2\eta-v) + \frac{3q}{4m}\sin(2\eta+v) \\ -\frac{9e}{8m}\sin(2\eta-u) - \frac{9e}{8m}\sin(2\eta+u) \\ -\frac{3q}{4m}\sin(2\Phi-2\pi-v) - \frac{3q}{4m}\sin(2\Phi-2\pi+v) \\ -\frac{3q}{4m}\sin(2\theta-2\pi-v) - \frac{3q}{4m}\sin(2\theta-2\pi+v) \\ +\frac{9e}{8m}\sin(2\Phi-2\pi-u) + \frac{9e}{8m}\sin(2\Phi-2\pi+u) \\ +\frac{9e}{8m}\sin(2\theta-2\pi-u) + \frac{9e}{8m}\sin(2\theta-2\pi+u) \\ +\frac{9}{8m}\xi\sin 2\eta - \frac{9}{8m}\xi\sin(2\Phi-2\pi) - \frac{9}{8m}\xi\sin(2\theta-2\pi) \\ +\frac{n}{16m}\sin\eta - \frac{3n}{8m}\sin(\Phi+\theta-\pi) + \frac{5n}{16m}\sin 3\eta \\ -\frac{5n}{16m}\sin(3\Phi-\theta-2\pi) - \frac{5n}{16m}\sin(3\theta-\Phi-2\pi) \end{array} \right.$$

XX.

XX.

Quo iam facilius has formulas admodum complicatas euoluere queamus, quadruplicis generis terminos diſtingui conuenit. Primum ſcilicet genus eos complectitur terminos, qui tantum ab excentricitate orbitae lunaris pendent, neque excentricitatem ſolis, neque parallaxin ſolis ſeu literam π, neque inclinationem orbitae lunaris ſeu litteram Π inuoluunt. Ad ſecundum genus refero terminos, qui ad primum genus inſuper excentricitatem ſolis adiungunt. Ad tertium autem eos, qui praeterea parallaxin ſolis ſeu litteram π inducunt. In quarto autem eas inaequalitates, quae inſuper ab obliquitate orbitae lunaris proueniunt, complexurus ſum. Ab inaequalitatibus ergo primi generis exordiar, ideoque cum excentricitatem ſolis e, tum eius parallaxin, tum quoque obliquitatem orbitae lunaris reiiciam

INUESTIGATIO INAEQUALITATUM
LUNAE PRIMI GENERIS.

XXI.

Neglectis ergo excentricitate ſolis cum eius parallaxi et obliquitate orbitae lunaris, has habebimus aequationes:

$\frac{d\xi}{d\omega} =$

$$\frac{d\xi}{d\omega} = \begin{cases} -\frac{3}{m}(1+\frac{3}{2}qq)\,\text{ſin}\,2\eta - \frac{3q}{m}\,\text{ſin}\,(2\eta-v) - \frac{3q}{m}\,\text{ſin}\,(2\eta+v) \\ -\frac{9qq}{4m}\,\text{ſin}\,(2\eta-2v) - \frac{9qq}{4m}\,\text{ſin}\,(2\eta+2v) \\ -\frac{15}{2m}\xi\,\text{ſin}\,2\eta - \frac{15q}{2m}\xi\,\text{ſin}\,(2\eta-v) - \frac{15q}{2m}\xi\,\text{ſin}\,(2\eta+v) \end{cases}$$

$$\frac{dq}{d\omega} = \begin{cases} +\frac{9}{4m}(1+\frac{5}{12}qq)\,\text{ſin}\,(2\eta-v) + \frac{3}{4m}(1+\frac{3}{4}qq)\,\text{ſin}\,(2\eta+v) \\ -\frac{1}{2m}(1+\frac{1}{4}qq)\,\text{ſin}\,v - i\,\text{ſin}\,v \\ +\frac{3q}{4m}\,\text{ſin}\,2\eta + \frac{3q}{2m}\,\text{ſin}\,(2\eta-2v) + \frac{3q}{4m}\,\text{ſin}\,(2\eta+2v) \\ -\frac{q}{4m}\,\text{ſin}\,2v \\ +\frac{15qq}{16m}\,\text{ſin}\,(2\eta-3v) + \frac{9qq}{16m}\,\text{ſin}\,(2\eta+3v) - \frac{qq}{8m}\,\text{ſin}\,3v \\ +\frac{27}{8m}\xi\,\text{ſin}\,(2\eta-v) + \frac{9}{8m}\xi\,\text{ſin}\,(2\eta+v) - \frac{3}{4m}\xi\,\text{ſin}\,v \\ +\frac{9q}{8m}\xi\,\text{ſin}\,2\eta + \frac{9q}{4m}\xi\,\text{ſin}\,(2\eta-2v) + \frac{9q}{8m}\xi\,\text{ſin}\,(2\eta+2v) \\ -\frac{3q}{8m}\xi\,\text{ſin}\,2v \end{cases}$$

$\frac{q(d\Phi\ dv)}{d\omega} =$

$$\frac{q(d\Phi - dv)}{d\omega} = \begin{cases} + \frac{9}{4m}(1+\frac{7}{12}qq)\cos(2\eta - v) - \frac{3}{4m}(1+\frac{1}{4}qq)\cos(2\eta + v) \\ + \frac{1}{2m}(1+\frac{3}{4}qq)\cos v + i \cos v \\ + \frac{3q}{4m}\cos 2\eta + \frac{3q}{2m}\cos(2\eta - 2v) - \frac{3q}{4m}\cos(2\eta + 2v) \\ + \frac{q}{4m}\cos 2v + \frac{q}{4m} \\ + \frac{15qq}{16m}\cos(2\eta - 3v) - \frac{9qq}{16m}\cos(2\eta + 3v) + \frac{qq}{8m}\cos 3v \\ + \frac{27}{8m}\xi\cos(2\eta - v) - \frac{9}{8m}\xi\cos(2\eta + v) + \frac{3}{4m}\xi\cos v \\ + \frac{9q}{8m}\xi\cos 2\eta + \frac{9q}{4m}\xi\cos(2\eta - 2v) - \frac{9q}{8m}\xi\cos(2\eta + 2v) \\ + \frac{3q}{8m}\xi + \frac{3q}{8m}\xi\cos 2v \end{cases}$$

$$\frac{d\Phi}{d\omega} = m(1+\tfrac{1}{2}qq) - 2mq\cos v + \tfrac{1}{2}mqq\cos 2v - \tfrac{3}{2}m(1+\tfrac{1}{2}qq)\xi$$
$$+ 3mq\xi\cos v - \tfrac{3}{4}mqq\xi\cos 2v + \tfrac{15}{8}m\xi\xi$$

$$\frac{d\eta}{d\omega} = m(1+\tfrac{1}{2}qq) - 1 - 2mq\cos v + \tfrac{1}{2}mqq\cos 2v - \tfrac{3}{2}m(1+\tfrac{1}{2}qq)\xi$$
$$+ 3mq\xi\cos v - \tfrac{3}{4}mqq\xi\cos 2v + \tfrac{15}{8}m\xi\xi$$

XXII.

Hic autem primo patet valores litterarum ξ et q fine cognitis rationibus $\frac{d\eta}{d\omega}$ et $\frac{dv}{d\omega}$ definiri non posse, has autem vicissim ipsas quantitates ξ et q inuoluere. Cum autem ad valores ξ et q inueniendos non opus sit rationes $\frac{d\eta}{d\omega}$ et $\frac{dv}{d\omega}$ eo praecisionis gradu nosse, quo ipsi illi valores desiderantur; patet si valores ξ et q prope tantum veri constent, iis in rationibus $\frac{d\eta}{d\omega}$ et $\frac{dv}{d\omega}$ adhibitis, eosdem multo exactiores repertum iri. Cum igitur, si motus esset regularis, foret $\xi = o$ et $q =$ constanti, hinc primam hypothesin constituamus. Sit ergo

$$\xi = o \quad \text{et} \quad q = g$$

et neglectis terminis, qui ob harum litterarum errores affici possent, vtpote valde paruis prae reliquis, habebimus proxime

$$\frac{d\Phi}{d\omega} = m(1+\tfrac{1}{2}gg) - 2mg\cos v; \quad \frac{d\eta}{d\omega} = (1+\tfrac{1}{2}gg) - 1 - 2mg\cos v$$

et
$$\frac{d\Phi - dv}{d\omega} = \frac{9}{4mg}(1+\tfrac{7}{12}gg)\cos(2\eta - v) - \frac{3}{4mg}(1+\tfrac{1}{4}gg)\cos(2\eta + v)$$
$$+ \frac{1}{2mg}(1+\tfrac{3}{4}gg)\cos v + \frac{i}{g}\cos v + \frac{1}{4m}$$

ideoque

$$\frac{dv}{d\omega} = m(1+\tfrac{1}{2}gg) - \frac{1}{4m} - \left(2mg + \frac{1}{2mg} + \frac{3g}{8m} + \frac{i}{g}\right)\cos v$$
$$- \frac{9}{4mg}(1+\tfrac{7}{12}gg)\cos(2\eta - v) + \frac{3}{4mg}(1+\tfrac{1}{4}gg)\cos(2\eta + v)$$

XXIII.

Ponamus ad has formulas abbreuiandas:

$$m(1+\tfrac{1}{2}gg) - 1 = \alpha; \qquad 2mg = \gamma$$
$$m(1+\tfrac{1}{2}gg) - \frac{1}{4m} = \beta; \quad 2mg + \frac{1}{2mg} + \frac{3g}{8m} + \frac{i}{g} = \delta$$

 et

et neglectis quadratis gg in reliquis terminis, habebimus has formulas simpliciores:

$$\frac{d\eta}{d\omega} = \alpha - \gamma \operatorname{cof} v$$

$$\frac{dv}{d\omega} = \mathcal{E} - \delta \operatorname{cof} v - \frac{9}{4mg} \operatorname{cof}(2\eta - v) + \frac{3}{4mg} \operatorname{cof}(2\eta + v)$$

Tum vero pro valoribus ξ et q propius inueniendis has aequationes:

$$\frac{d\xi}{d\omega} = -\frac{3}{m}(1+\tfrac{3}{4}gg)\operatorname{fin} 2\eta - \frac{3g}{m}\operatorname{fin}(2\eta - v) - \frac{3g}{m}\operatorname{fin}(2\eta + v)$$

